

# TRACTATUS I. PARTIS PROPRIÆ.

29

## Caput VII. De Definitione.

### De DEFINITIONE III. not.

I. Quid sit? R. Ορισμός τούτης τῆς τις. 2. post. Anal. c. 10. DEFINITIO est oratio explicans quid res sit: ut hæc oratio, Animal rationale, respectu hominis. DEFINITUM est id, quod oratione explicatur: ut Homo respectu bujus orationis: animal rationale.

NOMINIS, quæ alicujus vocis significationem exponit: ut Eclipse Luna, est ejus deliquium seu defectus. Dicitur alias Definitio quid nominis.

II. Quotuplex sit?

R. vel

REI, de qua not.

1. Quid sit? R. Ορισμός λόγου, οὗ τὸ τι λογίας σημαίνει. Topic. Cap. 5. Definitio est oratio, quæ rei essentiam seu naturam explicat. Dicitur alias Definitio quid rei.

*Physica*, quæ datur per materiam & formam: ut homo est quoddam compositum ex corpore & anima.

2. Quotuplex? R. est vel

Definitio propriæ dicta seu essentia-

lis, quæ est vel

*Metaphysica sive Logica*, quæ datur per genus & differentiam: ut homo est animal rationale.

Descriptio quæ vel

Causalis, quæ datur per causam externam: homo est animal creatum ad fruendum aeternâ beatitudine. Causæ externæ sunt Efficiens & Finis.

Noncausalis, quæ datur vel

Per genus & proprietatem convertibilem cum definito: ut homo est animal risibile.

Per genus & plura accidentia, quæ simul collecta cum definito convertuntur: ut homo est animal bipes impume.

- III. Regulae five Leges
1. Definitum non potest ingredi suam definitionem: quia definitio debet esse clarior definito.
  2. Definitio debet esse convertibilis cum definito: Id est, non debet magis vel minus latè patere. Definitio non sit latior, vel angustior definito.
  3. Definitio nihil contineat superfluum. Id est, nihil præter ea, quæ necessaria sunt, ut definitio sit convertibilis cum definito; nisi forte illa non essent satis clara: tunc enim, quod illis majoris explicationis gratia addetur, non erit superfluum. Lib. 6. Top. c. 2. Id dicitur super esse, sive redundare in definitione, quo sublatto, ea quæ remanet oratio satis aperte rem declarat.
  4. Sermo definitionis debet esse proprius, perspicuus, & sine ambiguitate significans.

E